

EMPLASTRUM STOMACHICUM.

℞. Labdani mollis ꝑ. uncias tres.

Thuris ꝑ. unciam unam,

Cinnamomi,

Olei expressi, macis dicti, singulorum ꝑ. unciam dimidiam,

Olei menthæ essentialis ꝑ. drachmam unam.

THURI liquefacto adde primum labdanum calore emoliturum, deinde oleum macis; postea cinnamomo cum oleo menthæ immisceantur, & in mortario repido simul contundantur in massam vase bene clauso asservendam.

EMPLASTRUM VESICATORIUM.

℞. Emplastri attrahentis ꝑ. libras duas,

Cantharidum ꝑ. libram unam,

Aceti M. libram dimidiam.

EMPLASTO liquato, paulo antequam indurescat, insperge & immisce cantharides in pulverem subtilissimum redactas; deinde adde acetum, & bene subige.

UNGUENTA,

et

LINIMENTA.

UNGUENTUM SIMPLEX.

℞. Axungie porcine curate ꝑ. libras duas,

Aque

Aquæ rosarum M. uncias tres.

AXUNGIAM cum aquâ rosarum contunde, donec bene miscueris; deinde lenissimo igne liquefac, & sepone aliquamdiu, ut aqua substat; postea effunde axungiam, aquâ relictâ, & movendo, contundendoque sine requie, dum frigeat, in levem & minimè coharentem massam redige; denique adde essentiæ limonum, quantum satis sit ad gratum odorem.

U N G U E N T U M A L B U M.

℞. Olei olivarum M. libram unam,
Cerae albæ P. uncias quatuor,
Spermatisceti P. uncias tres.

LENI igne liquefacta assiduè acriterque moveantur, donec penitus refrixerint.

U N G U E N T U M A L B U M
camphoratum.

FIT addendo unguento albo camphoræ cum olei amygdalini aliquot guttis contritæ P. sesquidrachmam.

U N G U E N T U M ex ALTHÆA.

℞. Olei e mucilaginibus M. libras tres,
Cerae flavæ P. libram unam,
Resinæ flavæ P. libram dimidiam,
Terebinthinæ communis P. uncias duas.

LIQUENTUR resina & cera cum oleo; deinde ab igne remotis adde terebinthinam, & dum mixtura calida est, coletur.

UNGUENTUM BASILICUM

flavum.

- ℞. Olei olivarum M. libram unam,
 Cerae flavæ,
 Resinæ flavæ,
 Picis Burgundicæ, singulorum ꝑ. libram unam,
 Terebinthinæ communis ꝑ. uncias tres.

LENTO igne liquefiant cera, resina, & pix cum oleo, tum remove ab igne; deinde adji- ce terebinthinam, & mixturam adhuc calen- tem cola.

UNGUENTUM BASILICUM

nigrum,

vel

TETRAPHARMACUM.

- ℞. Olei olivarum M. libram unam,
 Cerae flavæ,
 Resinæ flavæ,
 Picis aridæ, singulorum ꝑ. uncias novem.

LIQUESCANT omnia simul, & dum mix- tura calet, coletur.

UNGUENTUM BASILICUM

viride.

- ℞. Unguenti basilici flavi ꝑ. uncias octo,
 Olei olivarum M. uncias tres,
 Æruginis præparatæ ꝑ. unciam unam.

MISCE in unguentum.

UN-

UNGUENTUM CÆRULEUM

fortius.

- ℞. Axungia porcina curata p. libras duas,
 Argenti vivi p. libram unam,
 Balsami sulphuris simplicis p. unciam di-
 midiam.

ARGENTUM vivum teratur cum balsamo sulphuris, donec apparere desinat; deinde paulatim adde axungiam tepefactam, & diligenter misce.

UNGUENTUM CÆRULEUM

mitius.

- ℞. Axungia porcina curata p. libras quatuor,
 Argenti vivi p. libram unam,
 Terebinthina communis p. unciam unam,

ARGENTUM vivum cum terebinthinâ tere in mortario, donec apparere desinat; deinde paulatim adde axungiam tepefactam, et diligenter misceantur.

UNGUENTUM e GUMMI ELEMI.

- ℞. Sevi ovilli recentis et curati p. libras duas,
 Gummi elemi p. libram unam,
 Terebinthina communis p. uncias decem.

GUMMI cum sevo liquefiat, remove ab igne, et terebinthina statim immisceatur; deinde, dum mixtura fluida est, coletur.

UNGUENTUM e MERCURIO

præcipitato.

- ℞. Unguenti simplicis p. fescunciam,

H †

Swl-

120 UNGUENTA.

Sulphuris præcipitati ꝑ. drachmas duas,
 Mercurii præcipitati albi ꝑ. scrupulos duos,
 OMNIA misceantur, et lixivio tartari hu-
 meſcentur, ut fiat unguentum.

UNGUENTUM e PICE.

ꝑ. Picis liquidæ,
 Sevi ovilli curati, pondera æqualia,
 LIQUENTUR simul, et calida adhuc co-
 lentur.

UNGUENTUM SAMBUCINUM.

ꝑ. Florum sambuci plenè in petala expanſorum
 ꝑ. libras quatuor,
 Sevi ovilli curati ꝑ. libras tres,
 Olei olivarum M. libram unam.

SEVO cum oleo liquefacto incoque flores,
 donec ferè criſpentur; deinde cola exprimendo.

UNGUENTUM SATURNINUM.

ꝑ. Olei olivarum M. libram dimidiam,
 Cere albe ꝑ. ſcunciam,
 Sacchari Saturni ꝑ. drachmas duas.

SACCHARUM Saturni in pulverem subtilif-
 ſimum redactum cum aliquâ olei parte contere;
 deinde cera cum oleo reliquo liquefactæ adde,
 et agitetur mixtura, donec penitus reſtixerit.

UNGUENTUM e SULPHURE.

ꝑ. Unguenti ſimplicis ꝑ. libram dimidiam,
 Florum Sulphuris non loſorum ꝑ. uncias duas.
 Eſſentiæ limonum ꝑ. ſcrupulum unum.

MISCE.

UN-

U N G U E N T A. 121

U N G U E N T U M T R I P H A R M A C U M.

℞. Emplastri communis ꝑ. uncias quatuor,
Olei olivarum M. uncias duas,
Aceti M. unciam unam,

IGNE leni simul coque, perpetuò movens,
donec in unguenti crassitudinem sint redacta.

U N G U E N T U M T U T I Æ.

℞. Tutia præparata quantum libuerit.

HUIC admisce axungia viperina curata, quan-
tum satis sit ad unguenti mollioris crassitudinem.

U N G U E N T U M ad VESICATORIA.

℞. Axungia porcina curata,
Emplastri vesicatorii, pondera æqualia.

LENISSIMO igne simul liquefacta bene mo-
ve, donec penitus frigescant.

U N G U E N T U M V I R I D E.

℞. Olei viridis M. libras tres,
Cerae flavæ ꝑ. uncias decem.

LENTO igne liquefiat cera cum oleo, et
mixtura assiduè ageretur, donec frigescat.

L I N I M E N T U M A L B U M.

℞. Olei olivarum M. uncias tres,
Spermatis ceti ꝑ. drachmas sex,
Cerae albæ ꝑ. drachmas duas.

LENI igne simul liquefacta assiduè et acriter
move, donec penitus refrixerint.

LINIMENTUM SAPONACEUM.

℞. Spiritus rorismarini ꝑ. libram unam,
Saponis duri Hispanici ꝑ. uncias tres,
Camphoræ ꝑ. unciam unam.

DIGERE saponem in spiritu rorismarini, dum solutus sit; deinde adde camphoram.

LINIMENTUM TRIPHARMACUM.

℞. Emplastri communis ꝑ. uncias quatuor,
Olei olivarum M. uncias quatuor,
Aceti M. unciam unam.

COQUE leni igne, assidue movens, donec linimenti crassitudinem habeant.

LINIMENTUM VOLATILE.

℞. Olei amygdalorum M. unciam unam,
Spiritus salis ammoniaci ꝑ. drachmas duas,

AGITENTUR simul in phialâ patuli oris, donec perfecte coëant.

CERATA.

CERATUM ALBUM.

℞. Olei olivarum M. uncias quatuor,
Cerae albæ ꝑ. uncias quatuor,
Spermatæ ceti ꝑ. unciam dimidiam.

LIQUESCANT omnia simul, et bene moveantur, donec ceratum penitus refrigerit.

CERA-